

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De Methoposcopia Astronomica

Finella, Filippo

Antuerpia, 1650

De Sexta Domo. Cap. VI

[urn:nbn:de:bsz:31-95557](#)

PHILIPPI PHINELLÆ.
FIGVRA CX.



Habens duas lineas rectas, & breues, priorem, & posteriorem in parte sinistra, priorem in situatione Veneris, & posteriorem in situatione Mercurii, ut in figura 110. maxima libidine ferueretur.

De Sexta Domo :
Cap. VI.

Cum sexta domus sic expressima seruitur, & infirmatum tanquam aliarum Zodiaci domorum vilissima, ideo de signis has miseras postendentes tractabimus.

Fic

DE METHO POSC. ASTRON. 65
FIGVRA CXI.



Vna linea sicut vnum tex
sinistra in situatione Ve
neris descendens usque ad
situationem Mercurij, ser
uitutem, & paupertatem
præmonstrat.



FIGVRA CXII.



Habens vnam lineam cum
vna figura sicut vncus in
situatione Solis, & vt di
ctus vncus descendat usq;
ad situationem Mercurij,
vt signatur in figura 112.
erit pauper, & miserius.

Fig

E

Fig

FIGVRA CXIII.



Tres lineæ, vna ex parte dextera cum ramusculo, qui ascendat à situatione Martis ad illam Iouis, & altera ex contraria in ipsa situatione Martis sicut vnu z, & tercia ex parte dextra in situatione Martis cū ramusculo , qui ascendit usque ad partem sinistrā situationis Martis, ut in figura 113. denotant paupertatem.

FIGVRA CXIV.



Habens duas lineas in situacione Martis , & ut vna sit bifurca ex parte dextera . & alteram sicut z,in situacione Veneris, ut in figura 114. paupertate erit obnoxius.

Fig

A.
DE METHOPOS C. ASTRON. 67
FIGVRA CXV.

x parte de-
usculo, qui
atione Mar-
uis, & alte-
a in ipsa si-
is sicut vnu
parte dexte-
ne Martis cū
qui ascendit
tem sinistrā
3. denotant
Tres linea, idest duæ breuis
in situationibus Iouis, &
Martis, & tertia sicut S, in
medio frontis in situatio-
ne Solis, vt in figura 115.
prædicunt calamitates, &
miserias.



FIGVRA CXVI.

Habens quatuor linea, vna
rectam, & breuem in situa-
tione Saturni, vnam re& a
in situatione Iouis, vnum
sicut S, in medio situatio-
nis Martis,, quartam & ul-
timam diuilem in tribus
partibus in situatione Io-
uis, vt posita videntur in
figura 116. seruitute, & ca-
lamitate affuet.



Fig

E 2 Pi-

FIGVRA CXVII.



Habens unam lineam tortuosam in situatione Solis, quæ uno cornu ascendat ad situationem Iouis, & altero quod descendat in situationem Veneris, ut in figura 117, in paupertate viuet.

FIGVRA CXVIII.



Qui habebit tres lineas, id est unam sicut S, ex parte sinistra, quæ à situatione Solis incipiat, & descendat usq; ad situationem Mercurii; unam breuem, & unadatam in situatione Veneris ex parte dextera, & aliam breuam ex ipsa parte dextera in situatione Mercurii, ut videtur in figura 118. vitam in servitute, & paupertate deget.

Fig.

E. M. 30

DE METHOPOSC. ASTRON. 69

FIGVRA CXIX.

Habens vnam lineam oblique in situacione Veneris, quæ descendat usq; ad situationem Mercurij ex parte sinistra, vt in figura 119. morbosus erit in cruribus.



FIGVRA CXX.

Habens tres lineas, vnam rectam in situacione Iouis vnam sicut 1, ex parte dextra in situacione Solis, & aliam consimilem in ipsa situacione ex parte sinistra, vt in figura 120. ignis combustiones patietur.



neas, id est
parte si-
tuatione So-
descendat
nem Mer-
curii, & vna-
zione Vene-
ris, & alia
parte dex-
te Mercu-
ri, figura 118.
get.

Fig.

E. 3

Fig.

FIGVRA CXXI.

Habens duas lineas interpo-
sitas, vnam in situatione
Martis, & alteram in situa-
tione Solis ex parte sini-
stra, vt in figura 121. à do-
lore pedum afflgetur.



FIGVRA CXXII.

Duæ lineæ, quorum cornua
vnus ascendant, & descé-
dant in situationem Iouis,
& alteram in situatione
Martis, vt in figura 122. in-
dicant natum passurum
dydropem.



DE METHOPOSI ASTRON. 71
FIGVRA CXXIII.



Vna linea recta, quæ sit tota ex parte sinistra in situatione Martis, & altera linea perpendicularis, quæ incipiatur à situatione Martis, & descendat usque ad situationem Mercurij, ut in figura 123. demonstrant Passiones ingenitibus.

FIGVRA CXXIV.



Habens vnam lineam circularem ex parte sinistra in situatione Mercurij, ut in figura 124. vnum testem perdet.

E 4

F 2

E 2

as interpo-
sitione,
am in situ-
parte sini-
121. à do-
lgetur.

I.

rum cornua
nt, & descé-
onem Iouis,
situatione,
gura 122. in-
passurum.

72 PHILIPPI PHINELLÆ:
FIGVRA CXXV.

Qui habebit vnam lineam
rectam in situatione Mar-
tis, & aliam perpendicular-
arem incipientem a di-
cta situatione Martis, &
descendentem usq; ad si-
tuationem Veneris, vt in
figura 125. ex doloribus
in crucibus laborabit.



FIGVRA CXXVI.



Octo lineæ, idest vna breuis
ex parte dextera in situa-
tione Saturni, vna recta in
situatione Iouis, vna bre-
uis ex parte dextera in si-
tuatione Martis, vna sicut
7, ex parte dextera in situa-
tione Solis, duæ breues ex
parte sinistra in ipsa situa-
tione Solis, vna ob-
liqua ex parte dextera in situatione Veneris,
& vna recta, & breuis ex parte sinistra in ip-
sa situatione Veneris, vt sitæ videntur in fig.
126. dolores dant articulares.

Fi-

DE M



FIGVRA CXXVII.

Qui habebit duas lineas aparentes instar furcæ in situatione Mercurij, & ut descendant usq; ad situationem Solis, ut in figura 127. in cruribus comburetur.



FIGVRA CXXVIII.

Habens vnam lineam cum uno in situatione Louis, & alteram in situatione Martis cum ramusculo, qui ascendat à parte dextera in situationem ipsius Martis, & vnam crucem ex parte dextera in situatione Veneris, ut in figura 128. morbo vitiabitur in cruribus.



FIGVRA CXXIX.



Qui habebit duas lineas breues ex parte dextera in situacione Iouis, & unam longam, & rectam in situacione Veneris, ut in figura 129. hydropi angetur.

FIGVRA CXXX.



Qui habebit unam lineam breuem, & undatam ex parte dextera in situacione Martis, & alteram breuem, & rectam ex parte sinistra in situacione Veneris, ut in figura 130. in etribus morbo afficietur.

Fi.

FIGVRA CXXXI.

Habens vnam lineam vndatam in situacione Louis, & alteram retam, & breuem in situacione Veneris, vt in figura 131. incurabilibus morbis vexabitur.



FIGVRA CXXXII.

Habens vnam lineam tortuosam in situacione Louis, sicut esset character formatus, vt 2, in ipsa situacione in parte sinistra, & alteram obliquam ex parte dextera in situacione Veneris, vt in figura 132. à morbis incurabilibus angetur.



lineas brei
extera in-
sis, & vnam
am in situa-
vt in figura
agetur.

n lineam
ndatam ex
n situacio-
eram bre-
ex parte
tione Ve-
a 130. in-
o afficie-

Fi-

Fi-

276 PHILIPPI PHINELLÆ.

FIGVRA CXXXIII.



Qui habebit duas lineas, idest vnam rectam, & non perfectam in situatione Martis, & alteram interrumptam in situatione Mercurij, vt in figura 133. morbis pestilentialibus afficitur.

FIGVRA CXXXIV.




Habens tres lineas, vnam tortuosam, quæ descendat à situatione Saturni, & cat vlsq; ad illam Martis, secundam breuem ex parte sinistra in situatione Iouis, & tertiam similiter breuem ex parte dextera in situatione Martis, vt in figura 134. à longis infirmitatibus erit inualus.

Fi-

DE METHOPOSC. ASTRON. 77


FIGVRA CXXXV.

Habens duas lineas vnam,
tortuosam in situatione
Iouis, & alteram cum uno
semicirculo in situatione
Solis, ut in figura 135. hy-
dropisi infirmus erit.



FIGVRA CXXXVI.

Quæ lineæ vndatæ ex parte
sinistra in situationibus Io-
uis, & Martis, ut in figura
136. dabunt passiones in
capite.



Fi-

Fi

Habens vnam lineam, sicuti
semicirculus in situatione
Louis, & altam perpendi-
cularem in situatione Mar-
tis, qua^e descendat usq^a ad
situationem Veneris, &
vnam obliquam inter duas
situationes Mercurij, &
Lunæ, ut in figura 137. ma-
lè torquebitur in ventri-
culo.



FIGVRA CXXXVIII.

Duæ lineæ una tortuosa ex
parte dextera in situa-
tione Louis, & altera recta,
& non completa in situa-
tione Martis, ut in figura
138. indicant passum,
debilitatem cerebri.



Fig.

DE METHOPOSC. ASTRON. 79

FIGVRA CXXXIX.



Qui habebit quinquè lineas primam rectam, & longā in situacione Martis, duas breues, & rectas ex parte dextera, & alias duas ex parte sinistra in situacione Veneris, ut in figura 139. in cruribus infirmitate.

FIGVRA CXL.



Habere vnam lineam breuē, & rectam in situacione Iouis ex parte dextera, & vnam longam in situacione Solis, quæ levigant, ut in figura 140. indicat natum pastrorum pedum dolores.

Fig.

Fig.

XVII.

am, sicuti
situatione
perpendi-
tione Mar-
dat usq; ad
eneris, &
inter duas
ercurij, &
ra 137. ma-
in ventri-

XVIII.

tortuosa ex
in situatio-
netera recta,
leta in situa-
vt in figura
passurum
cerebri.

FIGVRA CXLI.



Qui habebit duas lineas, si-
c ut duo characteres, vnam
ex parte sinistra, quæ incipi-
t à situatione Mercurij,
& ascendet usq; ad situa-
tionem Solis, & alteram
ex parte dextera in ipsa
situatione Mercurij, vt in
figura 141. erit infirmus in
cruribus.

FIGVRA CXLII.



Qui habebit duas lineas vna
rectam, & longam in si-
tuatione Iouis, & altera
in situatione Martis cum
vnco, vt in fig. 142. vñfio-
nes patietur.



DE METHOPOSC. ASTRON. 31
FIGVRA CXLIII.

as lineas, si-
teres, vnam
ra, quæ inci-
e Mercurij,
sq; ad situa-
& alteram
era in ipsa
Mercurij, vt in
et infirmus in



Habens vnam lineam vnda-
tam in situatione Louis
& vnam obliquam ex par-
te sinistra in situatione
Mercurij, ve in figura 143.
erit morbo gallico infec-
tus.

FIGVRA CXLIV.

II.
as lineas vna
longam in si-
uis, & altera
e Martis cum
g. 142. vstio-
r.



Qui habebit vnam lineam
sicut S, in medio frontis
in situatione Mercurij,
quæ ascendet usque ad si-
tuationem Solis, ut in fig.
144. erit morbosus in col-
lo.

E

F

F.



Vna linea in parte dextera,
in situacione Martis, quæ
facit angulum vñq; ad si-
tuacionem Solis, & po-
stea est recta à parte sini-
stra in dicta situacione
Solis, ut in fig. 145. testi-
culos morbo affliget.

FIGVRA CXLVI.



Quinque lineæ, vna ex parte
dextera breuis in situatio-
ne Louis, vna semicircula-
ris ex parte sinistra in ipsa
situacione Louis, duæ op-
positæ in situacione Mar-
tis, & vna breuis, & recta
ex parte sinistra in situa-
ne Solis, ut in fig. 146. de-
monstrant paflurum apo-
plexiām.

Fig

FIGVRA CXLVII.



Vna linea instar charæteris
in medio situationis Mar-
tis, quæ usq; ad situationē
Veneris perueniat, vt in
fig. 147. afferet cruciatus
in crucibus.

FIGVRA CXLVIII.



Qui habebit quinq; lineas ;
idest vnam rectam, & 16-
gam in situatione Martis,
& 4. perpendiculares in
situatione Mercurij, quæ
descendant usq; ad situa-
tionem Lunæ, vt in figura
148. erit hydropicus.

Fig

F 2

Fig

FIGVRA CXLIX.



Qui habebit duas lineas, vnā
in situatione Iouis, & alte-
ram breuem ex parte de-
xtera in situatione Martis
vt in fig. 149. erit morbo
gallico affectus.

FIGVRA CL.



Habens duas lineas, id est vnā
breuem, & vndatam ex
parte sinistra in situatione
Martis, & vnam crucem
interpositam inter situ-
tiones Martis, & Mercurij
ut in fig. 150. hydropim-
patietur.

Fi-

FIGVRA CLI.



Ille, cui erunt infixa tres linea, una cum semicirculo in situatione Iouis, alia sicut media Luna ex parte dextera in situatione Martis, & tertia recta, & breuis in situatione Veneris, ut in figura 151. habebit crepaturas in testiculis.

FIGVRA CLII.



Habens unam lineam rectam & breuem ex parte sinistra in situatione Martis, ut in fig. 152. pestilentiam sentiet.

Fi-

F 3

Fi

neas, vna
& alte-
parte de-
ne Martis
it morbo

s, idest vna
data m ex
situatione
n crucem
nter situa-
& Mercurij
hydropim

FIGVRA CLIII.



Duæ lineæ vna curua cum
vno ex parte sinistra in
situatione Iouis, & altera
tortuosa ex parte sinistra,
quæ incipit à situatione
Martis, & descendat vsq;
ad situationem Solis, vt
in figura 153. capiti gra-
uedines indicunt.

FIGVRA CLIV.



Duæ lineæ vna perpendicularis ex parte dextera, quæ
incipit à situatione Iouis,
& descendat vsq; ad situa-
tionem Solis, & altera tor-
tuosa ex parte sinistra in
situatione Martis, quæ
ascendat vsq; ad illam lo-
uis, vt in fig. 154. denotant
vesicæ dolores ad futu-
ros.

Fi;

DE METHOPOSCASTRON. 87
FIGVRA CLV.



Vna linea tortuosa in situacione Martis, ut in figura 155. indicat passurum dolores gallicos.



FIGVRA CLVI.



Vna linea longa in situacione Martis, ut in fig. 156. notificat natum passurum dolores in cruribus, ut in fig. 156. & tanto grauiores quanto in dicta linea erunt tres ramusculi ascendentes supra in situacione Louis.

Fig.

F 4

Fig.

FIGVRA CLVII.



Linea recta, & non completa in situatione Louis, & altera obliqua in situatione Solis, vt in fig. 157. dolores in cruribus praedicunt.

FIGVRA CLVIII.



Vna linea in situacione Saturni cum ramusculo ex parte dextra, & vnum S, ex parte sinistra, vt in fig. 157. dolores in stomacho portendit.

Fi-

FIGVRA CLIX.

Vna crux in situatione Lunę
quæ ascendat vñq; ad illam
Mercurij, vt in fig. 159. in-
dicat natum esse priuum
virtute generationis.



FIGVRA CLX.

Habens vnam lineam longā
in situatione Martis cum
vnco ex parte dextera, &
alteram lineam ex parte
sinistra, vt in fig. 160. lon-
gis morbis affligetur.



Fi-

Fi-

908 PHILIPPI PHINELLÆ:
FIGVRA CLXI.



Habens vnam leneam perpē-
dicularem in medio situa-
tionis Solis, quæ descendat
vsque ad situationem Mer-
curij, & duas lineas, quæ
se iungant in situationibus
Veneris, & Solis, vt in fig.
161. à calculo in vessi ca-
cruciabitur.

FIGVRA CLXII.



Habenh duas lineas vnam
tortuosam in situacione
Martis, & vnam breuem,
& rectam ex parte dextera
in situacione Solis, vt
in fig. 161. patietur mor-
bum gallicum.

Fig.

DE METHOPOS. ASTRON.¹ 91
FIGVRA CLXIII.



Habens vnam lineam tortuosam in situatione Iouis, quæ ascendat usq; ad situationem Saturni, & tres cruces, duas in situatione Veneris ex parte dextera, & vna in situatione Luna, in ipsa parte dextra, vt in fig. 163. longo tempore infirmabitur.

FIGVRA CLXIV.



Habens duas lineas vnam rectam, & breuem in situatione Saturni ex parte dextera, & vnam similiter rectam, & breuem in situatione Soles ex parte dextera, vt in fig. 164. hydroscopicō morbo angetur.

Fig.

Fig.

m perpē-
dio situa-
descendat
nem Mer-
curi, quæ
stationibus
vt in fig.
163. ca-

s vnam
situacione
breuem,
nte dexte-
Solis, vt
etur mor-



Habens tres lineas vnam
vndatam in situatione Sa-
turni, vnam breuē ex par-
te dextera in situatione
Veneris ex parte sinistra,
vt in fig. 165. hydropem.
patietur.



FIGVRA CLXVI.



Duæ lineæ una obliqua, &
vndata in situatione Io-
uis, & altera breuis in si-
tuatione Veneris ex parte
sinistra, vt in fig. 166. mor-
bum gallicum minantur.



Fi-

DE METHOPOSC. ASTRON. 93
FIGVRA CLXVII.



Habentem vnam lineam tor-
tuosam in situatione Mar-
tis, ut in fig. 167. hydrops
anger.

FIGVRA CLXVIII.



Habens vnam lineam sicut
character in medio fron-
tis in situatione Martis
ut in fig. 168. calculosus
erit.

Fi-

Fi:

FIGVRA CLXIX.



Qui habebit quatuor lineas, vnam rectam, & breuem in situacione Iouis, & duas breues oppositas in situacione Martis, & vnam sicut 2, in situacione Veneris, vt in fig. 169. stomachi do-
lores patietur.

FIGVRA CXX.



Qui habebit vnam lineam tortuosam cum vncō ex parte dextera in situacione Martis, vt in fig. 170. affligetur doloribus cal-
culorum, & asmæ.

Fi-

E. 11

DE METHOPOSC. ASTRON. 95
FIGVRA CLXXI.



Vna linea tortuosa', & transversalis, quæ descendat à parte dextera vsq; ad sinistram in situatione Saturni vsque ad situationem Martis, ut in fig. 171. denunciat dolores in pedibus.

FIGVRA CLXXII.



Vna linea sicut character in situatione Veneris, ut in fig. 172. indicat impedimenta in vesica.

Fig.

Fig.